

12

DISSE^TAT^O IN AVGVRALIS MEDICA
EXPO^NENS
FEBRIS MALIGNAE
CASVM ALIQVEM PERQVAM
NOTABILEM

1776, 2^a

EVAM
E DECRETO
GRATIOSAE FACULTATIS MEDICÆ
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE

D. ADAMON NIETZKI

MED. PROF. PVBL. ORD. ET FAC. MED. H. T. DECANO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE OBTINENDIS

DIE XII. IULII A. O. R. C. MDCCCLXXVI.

H. L. Q. S.

PVBLICE DEFENDET

AVCTOR

GOTTLIEB EMANUEL HEYDRICH

MEGA-NEOHVSO - THVRINGVS
MED. PRACT. STASFVRTENSIS

HALAE AD SALAM

LITTERIS CVRTIANIS.

REVERENDISSIMO. DOCTISSIMOQVE.

D O M I N O .

FRIDERICO. WILHELMO.

RICHTERO.

ABBATI. AMMELVNXBORNENSI.

LONGE. MERITISSIMO.

PATRONO. SVO. SVMMO PERE.
COLENDO.

RELAERENDISSIMO. DACTISSIMO. GAE

D O M I N O.

F R I D E R I C O. W H E L M O.
R I C H T E R O.

A M M A L U N Z B O R N I N S E

U N D B E R G H A U S

F O N C E M E R I T I S S I M O

P A T R I O N O. S A O. S U M M O P E R R
C O M P O S I T U O N E. A M B I T U O

V I R O.

C O N S V L T I S S I M O . D O C T I S S I M O Q V E .

C A R O L O . L V D O V I C O .
B E N N E C K E .

T E R R I T O R I I . R E G I I . A T H E N S L E B E N S I S . L E D E R B U R G E N S I S .

E T . R O T H E N F A E H R E N S I S .

S V P R E M O . C O N D V C T O R I .

F A V T O R I . S V O . A C . A M I C O .



A I R O

CONSALITISSIMO. DOCTISSIMO. MAGISTER

CAROL. LADOCIO.
BENNECKE

TERITIOLE BENO ALHINISBERNIS. LEDERBURGENSIS.

ET. ROTHEMUTHENSIS.

SALZEMO. CONDACTORE

F A
TAVOLAE DE AMICO

V I R O.

C O N S V L T I S S I M O . D O C T I S S I M O Q V E .

3
I O A N N I . C H R I S T I A N O .
M A Y E R O .

I V S T I T I A E . A D M I N I S T R A T O R I . R E G I O . I N . T E R R I T O R I O .

S T A S S F V R T H E N S I . A T H E N S L E B E N S I .

A C . V N S E B V R G E N S I .

F A V T O R I . S V O . A C . A M I C O .
H O N O R A T I S S I M O .

VIRGO

CONVENTUS. DOCUMENTUM.

ANNI CHRISTIANO
MAYERO

LITIGIE ADMINISTRATOR REGIO IN TERRITORIO

STATUTA THENE ALHESPERNER

AC ANSERGENSEN

AD ALY AD ALMICO
MONASTISIMO

CHARTAS ISATAS IN VAGAELLES

PUBLICVM. QVODDAM. DOCUMENTVM.

PRO PERENNITATE SALVATIS
GRATI DEVOTIQUE ANIMI.

EXVENTERIA FORMULARIA
CARTA ADOCA PROCLAMATA

ERGA. HVNC.

LECTISSIMUM. TRIVMVIRATVM.

EXSTET.



CHARTAS. ISTAS. IN AVGVRales.

INTER. ARDENTISSIMA. VOTA.

PRO. PERENNITATE. SALVTIS.

EX. VETERI. ROMANORVM. FORMVLA.


HEYDRICH

D. D. D.

GOTTLIEB. EMANUEL. HEYDRICH.

HALAE AD SALAM. NONIS. IVLII.

A. O. R. 1551.



DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA

B X P O N E N S

F E B R I S M A L I G N A E
C A S V M A L I Q V E M P E R Q V A M
N O T A B I L E M

P R O O E M I V M .



Specimen eruditionis medicae pro gradu
Doctoris legitime obtinendo editurus,
consentaneum nunc scopo meo fore
iudicaui, febris malignae casum aliquem per-
quam notabilem, qui mihi in exercitio artis fa-

A luta-

lutaris inter exercitum regium Borussicum bello
ultimo obtigerat, diligentius disquirere. Quod
argumentum attentione mea eo magis dignum
esse videbatur, quo magis notum est, quan-
ta in febrium malignarum theoria inter eru-
ditos obtineant sententiarum diuortia. Quo
etiam iure veteres affirmarunt, plurimam homi-
num partem febribus interimi: eo magis hoc de
febribus malignis valebit; siquidem iisdem suc-
cumbentes ab inflammationibus hic saepissime
accidentibus, praesertim peripneumonia, enecari
obseruantur. Libertate ut illa, quae in repu-
blica litteraria cuius concessa est, atque ita ne-
minem, cui ad contrariam sententiam abire pla-
cket, offendam. Omnem insuper operam dabo,
ut casus iste notabilis in historia morbi a me de-
scriptus solide resoluatur; conuenienter facta sin-
gulorum momentorum in tractatione ipsa occur-
rentium reductione ad genuina ac perspicua Pa-
thologiae principia. Faxis Deus feliciter!

§. I. H.

§. I.

Historia Morbi.

Centurio quidam, aetatis quatuor et triginta annorum, temperamenti sanguineo-phlegmatici, bene lauteque viuens, usum vini Hungarici frequentissimum admittens, ad haemorrhoides ex haereditaria dispositione pronus, nullis tamen ideo per aliquot annos incommodis obnoxius; euacuationes artificiales consuetas plane negligens, a variolis tandem huc usque immunis: idem iam mense Decembri A. cr̄ 15 CC LIX ex refrigeratione, post nimias corporis exaestuationes suborta, febre corripitur catarrhalis, coryzam vel grauedinem subsecuturam ratus. Talis itaque erat status aegrotantis usque ad diem quartum. Tempore vero pomeridiano eiusdem diei inquietudo, una cum virium iactura extrema in scenam prodiit. Nox insequens inquietius, quam antea, transigitur. Die sequenti paroxysmi febrilis anticipatio oboritur, aestus febrilis incrementa fiunt maxima, tussicula sicca, respiratio difficultis, praecordiorum anxietates aegrotantem torquent. Pulsus erat celer, frequens et debilis, vrina excrenebatur crassa et parca. Die morbi sexto sudorum profusiones oboriuntur; exanthesma miliaria rubra, rara tamen ad extremitates, copiosiora vero die sequenti circa vesperam in confpectrum prodeunt; sed nulla ad loca pectoris, neque cum respirationis leuamine. Septimo die tota in superficie

A 2

cor-

corporis purpura alba absque illa symptomatum mitigatione efflorefcit. Octauus antecedenti similis erat dies, nonus octauo. Die decimo sudores illi nimii cessant, purpurae rubrae desquamationes fiunt, albae vero retrogressiones, conuulsiones ac deliria insequuntur; praeter omnem caussam externam tantorum malorum hic admissam. Die vndeclimo conuulsiones perdurant, loco deliriorum vero sopores ingruunt. Eiusdem quoque conditionis erat dies duodecimus. Decimo tertio symptomata exacerbantur, pulsus obscurus, inaequalis ac vermicularis percipitur, sensuum defectus, tendinum subfultus, extrema frigida deprehenduntur: quam misera aegrotantis conditio! Morbi vero die decimo quarto copiosa prodeunt exanthemata, eaque coloris liuidi, et similia pulicum iictibus. Nunc quidem cessant affectus soporosi, in eorum tamen locum succedunt animi defctiones; petechiae euanescent, toties tamen iterum conspicuae, quoties aeger ex affectu lipothymico ad se rediisse videbatur. Hanc tragoediam die morbi decimo sexto noua excipit: in conspectum prodeunt variolae liuidae, postero die nigrantes, sphacelosae, foueas formantes, atque ichorem foetidum fundentes: quae tamen die vigesimo suppurationem ita subeunt, vt symptomata morbi fiant mitiora, aliis sponte soluatur, transpiratio huc usque suppressa iterum restituatur, resque aegrotantis de die in diem ad meliorem conditionem redeant; hic non obstante inflammatione instar metastasis ad pedem sinistrum oborta, et iam vergente in sphacelum; qua etiam sanata aeger tantopere conualuit, vt hebdomade morbi sexta officio suo fungi posset. Iam ad

ad methodum medendi describendam accedo, morbo huic adeo periculoſo applicatam. Cum morbus primis diebus febris catarrhalis benignae speciem p̄ae ſe ferre videbatur, temperantia cum diaphoreticis combinata in vſum erant vocata, quorum formula haec erat. Recipe: Aqu. fl. ſamb. til. acac. ana vnc. duas. Lapidum cancr. drachm. duas. Tart. vitriol. Antim. diaph. ana feru- pul. duos. Nitri depur. drachm. dimid. Spir. nitr. dulc. ſcrupul. duos. Syr. dialth. Fernel. vnc. dimid. M. F. Mr. S. Omni bihorio ad cochlear vnum ſumatur. Huius mix- turae vſus vsque ad diem quintum protractus erat. Quo facto, camphorae grana ſex, et loco ſyrupi dialth. Fern. ſyr. acetofit. citri ad vnciam dimidiā admiscebantur. Pro potu ordinario decoctum hordei largiter citratum propinabatur. Mane et vſperī enemata e decocto au- naceo cum oleo lini recenti, tam ad aluum reſerandam, quam ad ſpasmos mitigandos, applicabantur: nihil tamen minus alius primo et fecundo ſeptenario ſolui poterat. In brachiis et pedibus veficatoria, praeuiis ibidem frictio- nibus, imponebantur: quibus vero intra quadraginta horas ne rubor quidem cuti inducebatur; licet iisdem puluis cantharidum largiter adſperitus fuerit. Vini rhe- nani generosi quotidie duo cochlearia potui ordinario admiscebantur. Die ſeptimo oleum vitrioli ad guttu- las trifta mensuris duabus potus ordinarii, ſupra de- ſcripti, fanguinis resolutioni praeueniendi cauſa addeba- tur; conceſſo inſimul vſu mixturae ſequentis. Recipe: Aqu. ſcord. fl. ſamb. til. ana vncias duas. Sal. absinth. citr. ſcrup. quatuor. Antim. diaph. Nitr. antimoniat. Liqu. anod. miner. ana ſcrup. duo. Syr. acetofit. citri drachm.

A 3

ſex

sex M. F. Mr. S. Ad cochlear vnum quois bihorio sumatur. Qua cum methodo medendi vsque ad diem decimum septimum continuebatur; deinde vero cortex Peruianus in vsum vocabatur, eidem subiuncto iulapio analeptico. Recipe: Pulv. cort. Peruv. alcoholisat. vnc. dimid. Rad. rhei ele^t. gr. triginta sex. Tart. vitriol. gr. viginti quatuor, camphor. gr. sex. M. F. Pulv. div. in duodecim part. aequal. S. Quouis bihorio dosis vna cum iulapio sequentis compositionis sumatur. Recipe: Aqu. ceras. nigr. fl.; til. samb. ana vnc. vnam. naphae cinnamomi f. v. ana vnc. vnam et dimidiā. Syr. rubid. fragor. cort. aurantior. ana vnc. dimidiā liqu. anodyn. miner. drachmas duas. M. F. Iulapium. Quod medicamentum, tam antiputridum, quam corroborans, eximie se praestitit: qua methodo vsque ad diem vigesimum quartum vſus ſum. Postea vero ſequenti modo corticis Peruian. vſus mutatus erat. Recipe: Pulv. cort. Peruv. ele^t. ferupul. duos, terrae foliat. tart. gr. tria, camphor. gr. vnum, ol. citri gutt. vnam. M. F. Pulv. D. in octuplo. S. Omni trihorio vna dosis cum vino rhenano ſumatur. Verum enim vero ſe - et excretionibus reſtitutis, viribus de die in diem increſcentibus, die vigesimo quarto aeger de dolore in pede ſinistro pungente conqueritur. Pedem a genu vſque ad digito tumefacentem, et inflammationem in musculis gastrocnemii deprehendi. Postero die inflammatione in gastrocnemiorum corpore duorum pollicum transuersorum magnitudinem ſuperans in ſpahcelum tranſiit. Scarificationes, linimentum ex vngu. digestio, melle rosato, myrrha, ſale ammoniaco et cort. Peruv. linteis carptis appli-

EXRON. FEBR. MALIG. CASEM ALIQVEM ETC.

applicatum, ac cataplasma emolliens parti sphacelatae, toti autem pedi fomentationes vinosa discutientes admouebantur. Quo facto, die vigesimo nono solutis integumentis, suppuratio optimae notae, quadragesimo autem, adhibitis balsamicis consolidatio confecuta est: Atque ita aeger post tot vitae discrimina e morbo feliciter eusit: qui adhucdum bona valetudine fruitur.

§. II.

Confectarium.

Ex historia morbi hactenus descripta satis appareat: morbum in casu enarrato fuisse febrem malignam, eamque diuersarum specierum, in corpore aegrotantis successive natarum. Porro: exinde simul elucescit, insiginem hic adfuisse virium prostrationem, nec non putridam massae humorum corruptionem, admodum notabilis gradus. Ut itaque facili ratione ex his colligere liceat, ea hic prae caeteris ad felicem morbi sanationem requiri remedia, quae et vires labefactas reficiant, et humores putridae indolis corrigan, putridumque iam praefens in corpore ex eodem eliminent. Quae omnia enucleatius in paragraphis subsequentibus proponendi animum habeo.

§. III.

§. III.

Quid febris maligna.

Febris maligna est febris continua, acuta, eaque ad naturam morbi maligni accedens

Iure, hic supponuntur notiones quaedam necessariae ex Pathologia: sine quibus definitio proposita nec intelligi, nec applicari recte poterit.

§. IV.

Quaedam de illius natura.

Non deficiunt in febribus malignis, teste experientia, manifesta putrefactionis humorum indicia. Haec putrefactio ad differentes gradus suboriri potest. Quare etiam necesse erit, ut pro ista diuersa putrefactionis ratione, et malignitas in morbo, et effectus inde produti mirum in modum inter se discrepent.

Hoc aegrotantium exhalationes, quae odorem volatilem, allio similem, subdulcem spirant, et sensu admodum percipiuntur, non solum, sed et experimenta chemica hanc ob rem instituta comprobant. *Confer. illuſtr. ac excell. Praefid. elementa Patholog. vniuers. Libr. II. §. §. CCCXLVIII et MDLII.*

§. V.

§. V.

Vis salium in massa putrida.

Respectu salium, oberrantium in humoribus febri malignae obnoxiorum, fieri facile poterit, vt vasorum irritationes suboriantur, motus humorum progressius augeatur, atque inflammations accendantur.

Sic exempli gratia, salia alcalia volatilia, de quorum existentia in febribus malignis nemo tam facile dubitabit, irritant ac rodunt; concurrente hic imprimis massae humorum rarefactione.

§. VI.

Quid inde sequatur.

Sed iam humorum motu supra modum aucto, augebitur quoque calor in corpore. Vnde humores magis dissoluuntur, liquidissima dissipantur, consumuntur, maiora ad acrimoniam accedunt augmenta, facilis inflamatio, eaque mox in putredinem ruens, suboritur, solidia tandem destruuntur.

§. VII.

Spasmi peripherici effectus.

Neminem tam facile fore existimo, qui de spasmi peripherici existentia in febribus malignis dubitet; vt
B pote

pote quem in omni febre, vna cum pulsū celeri et frequente adesse, ex Pathologia satis constat. Necesse igitur erit, vt, suborto isto spasmo peripherico, sanguis ad interiora magis, vt cor et reliqua viscera, propellatur, sanguinis ibidem fiant coaceruationes, anxietates praecordiorum, nec non spasmi in partibus diuersis producantur.

§. VIII.

Februm malignarum causa proxima.

Subtilissimum materiae peccantis indoli conforme corpori inductum, vel ibi natum miasma, perniciem suam mox citus, mox tardius exferens, pro causa proxima febres malignae agnoscent.

Miasmatis subtilitatem obseruationes confirmant. Mone-
ta, quae in manibus febre maligna decubentis antea
fuit, exhalationes huius sanissimum hominem, mox ci-
tius, mox tardius inficere valent. Vulneratos nosoco-
mia ingredientes, a morbis internis immunes, tam fre-
quenter pati febres malignas, obseruatio docet. Mul-
titudine enim aegrotantium, respectu exhalationum, aëris
que effluviis impuris putridis contaminati, confeftim hoc
morbo corripiuntur. Memini febris malignae Anno
1510 eccl. LVIII per semestre hibernum in Silesiae regio-
nibus montanis saeuientis. Haec per copias auxiliares
imperiales nosocomiis, ibidem collocatis, importata erat.
Ne vna quidem domus ab hac calamitate erat libera.

Inco-

Incolarum, militum, et nosocomorum haud pauci quotidie periebant. Ego probe adhuc reminiscor nosocomorum viginti trium, intra quatuordecim dies enecatorum! Plurimi a sudoribus nimiis, et diarrhoea colliquatiua primo septenario consumpti obierunt. Ex ore spirabant foetorem, sudores erant subdulces, vrina turbida, nigricans, et de die in diem parcior, pulsus admodum debilis et obscurus, dejectiones aluinae cadauerosae, et insustentabiles. Omnia primo morbi intuitu in humorum resolutionem et putredinem declinabant, omnemque eludebant medelam. In demortuis maculae petechiales, liuidae, breui tempore nigricantes in conspectum veniebant. Nonnulli ex his miseris, qui ex morbo cum vita euaserunt, obnoxii siebant morbis chronicis pessimae indolis. Illis enim erant scirri hepatis, lienis, mesenterii, parotidum, vlcera perquam putrida, febres quartanae, lentae et hecticae, mala familiaria, quibus miseros obtemperare oportebat, faciem valde extenuatam ac liuidam continuo prae se ferentes.

§. IX.

Remota.

Ad earundem vero febrium caussas remotas quod attinet: hae iam sine dubio deriuandae erunt a variis rerum sex non - naturalium vitiis, ac compluribus aliis, quomodocumque ad corpus admissis, quibus vis quae-dam competit notabilis gradus putrefactionem in massa humorum excitandi.

B 2

§. X.

§. X.

Quae functiones hic laedantur.

Satis etiam constat ex Pathologicis, in quacunque generatim febre laedi functiones vitales, animales, et naturales. Quare hoc etiam de febribus malignis valebit; idque eo magis, cum ob putridam mastiae humorum constitutionem eiusque rarefactionem hic praesentem, harum functionum laesiones ad maiorem gradum oboriri possint ac debeant.

§. XI.

Vnde symptomata in febribus malignis.

Symptomatum in febribus malignis rationes partim ad eadem principia, quae generatim in febre quacunque obtinent, redibunt; partim a qualitate caulfæ proximæ harum febrium deducenda erunt: respectu tamen habito intensioris, ad quem pertingere solent, gradus. Quorsum itaque pertinebunt: virium prostratio-nes, praecordiorum anxieties, respiratio anhelosa, lipothymiae, deliria, conuulsiones, affectus soporosi.

§. XII.

De symptomatis in casu descripto.

Quamvis symptomata, in casus descriptione enarrata, easdem in genere rationes agnoscant, quibus sym-
ptoma-

ptomatum in febribus malignis explicatio innititur: mea tamen interesse iudicau, de illis peculiariter hoc loco quaedam proferre. Considerationem hic ideo subibunt fudores nimii, statim sub initio morbi prorumpentes. Quorum origo ab insolita humorum nimis putrefcentium resolutione petenda esse videtur. Ex historia enim morbi apparet, vnam exanthematum speciem mox alteram ita excepsisse, vt priore malignius semper esse videretur posterius. Purpuram enim rubram alba, hanc petechiae, atque has tandem insequebantur variolae Sphacelosae. Sed huc etiam accedunt spasini in locis internis oborti: exemplo alui admodum constrictae; quippe quod mali genus in casu proposito aderat. Quo igitur modo fluida ad corporis corticem externum malignis coguntur. Vt de eo nihil dicam, quod ex tanta commoratione excrementorum in intestinis materiae putridae ad totam massam humorum maiores fiant accessiones, indeque etiam illorum praecipuae symptomatum exacerbationes, quae sive ortum grauioribus ad loca capitis interna congestionibus debent, vt sunt: deliria, perquam graues conuulsiones, affectus soporosi, tanquam mala in casu enarrato ad eminentem gradum conspicua.

§. XIII.

Quid per febrem exanthematicam intelligatur.

Satis ex observationibus constat, prodire saepius in febribus malignis exanthemata. Quo iam facto, febres

bres eiusmodi dici solent exanthematicae; earumque species eodem nomine insigniri, quo gaudet exanthema in casu obuio prognatum.

§. XIV.

An talis in casu supra proposito.

Quoniam ex historia morbi ad §. I. descripta vide re licet, produisse in aegrotante ex febre maligna diversarum specierum exanthemata, idque successivæ: nullum igitur dubium erit, quin etiam in casu ibidem proposito natus morbus referri debeat ad febris malignæ, exanthematicæ differentes species, quarum altera alteram excipiebat.

§. XV.

De febris malignæ solutione.

Conueniunt in eo quoque cum aliis morbis febres generatim, ut earum solutiones vel per sanitatis restitutionem, vel per noui morbi in corpore aegro productionem, vel denique per interitum vitae aegrotantium fiant. Vnde iam de gradibus bonitatis, aut prauitatis, circa morborum solutiones recte constituendis, constare poterit. Sed iam explicatius hic quoque inpicandus erit ille modus, quo praesertim febrium malignarum solutiones contingere solent. Quo igitur loco adnotanda erunt sequentia. Observatur

tur nempe materia putridae indolis ab humorum massa vi naturae separari, atque ex aegro corpore per excretiones nuturales eliminari; vel deponi ad loca quaedam corporis peculiaria: siue solutionem febrium malignarum fieri mox per eccrisin, mox per metastasin. Quibus insuper tertium solutionis modum addendum esse multi contendunt, prouocantes ad experientiam: vbi scilicet particulae putridae, ne amplius noceant, humoribus assimulantur. Sed rarus hic est soluendi modus!

§. XVI.

De prognost.

Ad prognosin in febribus malignis certe formandam opus erit, vt ad omnia quidem morbi symptoma-ta, ea tamen prae reliquis adtendatur, vnde partim ad gradum in functionum corporis, praesertim vitalium, laefionibus obuium, partim ad illum modum, quo na-tura morbi solutionem molitur, tuto colligere licet. Conueniet hic specialia quaedam exempli loco adferre. Sic mali praefagi erunt prostrationis virium, diffi-cultatis in respirando, deliriorum, affectuum lipothimico-rum, conuulsuorum, soporosorum perseverantia, aut eiusmodi malorum accessio eo tempore facta, quo na-turam oportuisset conari, vt putridum ex corpore pro-scriberetur. Porro. Vbi etiam non satis congrua fue-rint corporis loca, ad quae putridum deponitur,

vt

vt sunt partes internae; vel excretiones mox nimis parcae, mox supra modum excedentes fuerint: ibi omnino exitiosus morbi euentus metuendus erit. E contraria vero parte res aegrotantium in melius vergere poterunt.

§. XVII.

De sanatione.

Sequitur iam, vt nunc quoque de methodo mendendi, febri malignae recte accommodanda, necessaria quadam momenta a me proferantur. Innititur, ea sequentibus regulis, sive indicationibus. I. Massa humorum corrigatur, putridumque ex corpore per congrua corporis loca, ac tempore congruo, circumspete euacuetur. II. Virium debilium iusta habeatur ratio, omnique studio curetur, vt illae reficiantur. III. Mitigentur spasmi atque alia symptomata, quae impedimento esse possent salutari harum febrium solutioni, tempestive remoueantur. IV. Superato tandem morbo, tonus partium decenter restituatur.

§. XVIII.

De indicatis.

Ad indicationes istas rite explendas, iuuabit remedia in vsum vocare sequentia. Diluentia nimirum aquo-

aquosa, mucilaginosa et acidula, qualia esse possunt, decoct. hord. auenae, corn. cerv. cerasor. nigr. acidor. panis domestici, oryzae, quibus succus citri addatur. Temperantia cum bezoardicis fixis mixta, et vel ad formam pulueris redacta, vel loco mixturae, beneficio aquarum diaphoreticarum atque analepticarum vſurpanda. Acida porro vegetabilia, vt succ. citri, acet. vini, syr. aciduli; vel ex mineralibus acidum vitriolicum, aquae, vel decoctis supra commemoratis addendum. Analeptica componenda ex aqua diaphoreticis, analepticis, syr. acidulis, sub forma iulapii in vſum frequentem trahenda. E fonte chirurgico hic valebunt deſruiantia, reuelentia e. g. frictiones, ſinapismi, veficatoria, enemata lenientia, antiphlogistica. Sub finem morbi profcient elixiria roborantia, quae gaudent virtute excitante, amaricante et aromaticā: paranda ex extract. cent. min. cascarill. cort. Peruv. ope aquar. vinoſ. roborantium. Huius quoque loci erunt infusa vel decocta cort. Peruv. vel etiam eius puluis, admisso insimul vehiculo ex vino Rhenano, vel Hungarico.

§. XIX.

Idem continuatur.

Sed necesse quoque erit, vt remediis istis nunc modo descriptis congrua accedat diaeta, nec non conueniens vitae regimen externum. Aeger itaque animo fit tranquillo; aere vtatur puro et temperato; quiete se
C con-

contineat in lecto; curam habeat excretionum naturalium, praecipue mederatae transpirationis; pro potu ordinario sibi feligat aquam purissimam, aut decoctum quoddam mucilaginosum, addito iisdem succo citri aut aceto; cibis vtatur tenuibus, mucilaginosis, roborantibus; fugiat omnia, quibus tubus cibarius offendit possit; sibique tandem caueat, ne refrigeratione, aut aliarum caussarum externarum ad se admissione sibi noceat, morbi symptomata magis exacerbaturus.


T A N T V M.



SVMMIS

SVMMIS IN ARTE SALVTARI HONORIBVS
C A N D I D A T O
 DIGNISSIMO
 S. D.
P R A E S E S.

Laudo proboque institutum tuum, DOCTISSIME HEYD-RICH: qui, ob summos in arte salutari honores sollemniter consequendos, disputaturus, Tibi selegisti argumentum practicum, idque notatu dignissimum, ac depromptum ex amplissimo illo obseruationum thesauro, quem Tibi exercitio artis salutaris per tot annos iam iam comparasti. Nec dubito, quin idem quoque plures alii mecum sentiant, quibus scilicet perspectum fatis est, quantum valorem doctrinae medicae ab accuratis obseruationibus nanciscantur. Apud quos etiam gratias promeruisti maximas, Tibi pro hoc dono exsoluendas. Si quis enim casus medicus practicus est, qui adnotatione aliqua dignus videatur, huc iam certe ille p[re]a multis aliis referendus erit, quem in dissertatione tua pertractasti. Deprehendi etiam, Te in ipsa argumenti elab-



boratione omnem operam dedisse, ne studium tuum desiceret in
conne~~ctendis~~ assertis tuis cum aliis certis atque indubitatis verita-
tibus pathologicis. Virum Te insuper praefitisti in examinibus,
Tecum ab illustri Medicorum ordine in regia Fridericiana insti-
tutis: ita, vt Doctoris dignitas Tibi decreta sit, in Te publice
conferenda; simulatque eruditionis tuae medicae specimen a Te
editum, ex cathedra academica defensum quoque fuerit. Atque
hoc iam propediem a Te expediendum erit: nec dubito futurum
esse, vt id laudabiliter perficias. Ego vero, AMICISSIME
HEYDRICH, Tibi de Doctoris dignitate, dudum quidem
iam promerita, nunc vero prius in Te conferenda, ex animo
gratulor! Fruere hac noua honoris ad Te accessione per longam
annorum seriem sospes atque incolmis! vt diu adhuc ciuium fa-
luti tam gloriose prospicias, quam a Te ha~~f~~temus factum erat.
De meo tandem in Te amore certus persuasusque, me vt in po-
sterum quoque amare pergas, abs Te maiorem in modum peto.
Vale, resque tuas age feliciter! Scr. in Acad. Frider. Ipsi~~s~~ nonis
A. O. R. c^o 10 CC LXXVI.

PRAE-

PRAENOBISSIMO AEQVE AC DOCTISSIMO
DOMINO CANDIDATO
 AMICO SVO AFFINITATE CONIVNCTO
 LONGE SVAVISSIMO

S. P. D.

IOANNES HENRICVS SCHNOCK.

Sic tandem, Dignissime Vir, in publicum prodis ad sumendum honorem; iam dudum optimo iure meritum. Innumeri sunt, qui egregiae Tuae doctrinae, curae et experientiae vitam ac sanitatem gratiam nacum referunt. Plura commemorare superfluum

¶ ¶

fluum est, et verecundia vetat, cum, qui Te norit, facile adsen-
tiatur, summosque Tibi in arte medica aequa ac chirurgica ho-
nores ex animo gratuletur. Exspectant Te nunc redeuntem Tui
et boni omnes, cumulatum laude et honore, quo Te Hygea
exornauit. Viue felix et per longam adhuc seriem annorum
fruere dignitatis nouae laetissimis fructibus, omniumqua conatum
Tuorum euentu felicissimo! Vale Scr. Stassfurthi ad diem VIII.
Iulii A. R. S. cto 10 cc lxxvi.



ULB Halle
003 249 530

3



56.

B.I.G.



12
1776 2a

DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
EXPONENS
FEBRIS MALIGNAE
CASVM ALIQVEM PERQVAM
NOTABILEM

QVAM
E DECRETO
GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE
IN REGIA FRIDERICIANA
PRAESIDE

D. ADAMON NIETZKI
MED. PROF. PVBL. ORD. ET FAC. MED. H. T. DECANO
PRO GRADV DOCTORIS

SVMMISQVE IN MEDICINA HONORIBVS
AC PRIVILEGIIS DOCTORALIBVS RITE OBTINENDIS

DIE XII. IULII A. O. R. C. MDCCCLXXVI.

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

GOTTLIEB EMANUEL HEYDRICH

MEGA - NEOHVSQ - THVRINGVS
MED. PRACT. STASFVRTENSIS

HALAE AD SALAM
BITTERIS CVRTIANIS.